



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CLII. Bischof Friedrich von Brandenburg verleiht der St. Gertraud-Kapelle zu Quedlinburg einen Ablass, am 19. Juni 1309.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

**CLI.** Die Grafen von Anhalt bekunden die von Burchard von Barby mit Consens des Bischofs Volrad von Brandenburg vorgenommene Gründung eines Stiftes bei der St. Bartholomäikirche in Zerbst, am 10. Dez. 1308.

I. N. D. Nos Albertus dei gratia Comes de Anhalt et filius noster Sigfridus — protestamur, quod Nobilis Dominus Burchardus de Barboy de Parochia Sancti Bartholomei in Cerwift Canoniam diuina inspirante Gratia instaurauit, cui addidit Ecclesiam in Leptow consentiente Venerabili Patre domino Wolrado Brandenburgensis Ecclesie Episcopo piunque factum pre deuotionis auxilio auctorante —. —. Datum in Castro Cerwift. Anno Domini M. CCC. VIII. Quarto Idus December.

Ausführlich in Beckmann's Anhalt. Hist. III, 203, 204.

**CLII.** Bischof Friedrich von Brandenburg verleiht der St. Gertraud-Kapelle zu Quedlinburg einen Ablass, am 19. Juni 1309.

Fredericus, dei gratia Brandenburg ecclesie Episcopus — cupientes Capellam extra muros ciuitatis Quedelingebruch in honore S. Gertrudis Virginis dedicatam congruis honoribus frequentari, — omnibus vere penitentibus — XL dies indulgencie cum vna karena — relaxamus, dummodo Diocesani consensus ad hoc acceperit et voluntas. Datum Gatersleue, anno Domini MCCCIX, in die Geruasii et Prothasii martyrum gloriosorum.

Nach Grath Cod. dipl. Quedl. 355.

**CLIII** Der Bischof und das Domcapitel zu Brandenburg vereinigen die Kirche zu Schartow mit dem Stifte U. L. Frauen in Magdeburg, 1309.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fredericus, Dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, Johannes prepositus Waltherus prior, totumque capitulum eiusdem ecclesie, uniuersis tam presentibus quam futuris in uero salutari salutem et sinceram in domino karitatem. Sicut ingritudinis uicium fluente gratie et fontem liberalitatis exsiccat, sic utique gratitudinis uirtus accendit animos deuotorum in amplioris fidei et plenioris sinceritatis affectum. Vt ergo purum fiat, quicquid circa deuotos agimus et sincerum statim ipsorum cupimus ampliari potius, quam arctari. Postquam ergo ex quadam permutatione ius patronatus ecclesie parochialis sancti Sebastiani in uilla Schartowe dyocesis Brandenburgensis ad honorabilem uirum dominum prepositum et ecclesiam seu monasterium beate Marie uirginis in Madeburch ordinis Premonstratensis, titulo permutationis fuisse translatum, considerantes qualiter prefata ecclesia sancte Marie tam iugiter quam preclare pre ceteris sit deuota ac prefulgeat corpore reuerendissimi patris Norberti, qui ibidem memoriter tumba requiescit, attendentes quoque, quomodo nostra ecclesia cum similibus salutaris gaudeat et fulciatur edictis Norbertinis, Cu-